

ff. de bonis liber. Cujus pulchra verba sunt: Ignoscendum est enim ei si voluit ultisci propter aius text. in cap. olim, el. 1. de restit. spoliat. text. in cap. significavit, de penit. & remiss. & confirmatur ratione, quia imputandum est aggressori qui causam delictorum præbuit, argumentum text. in l. quoniam multafacina, Cod. ad l. jul. de vi, & ibi communiter Doct. Item etiam confirmatur ratione, quia homo intenso dolore promotus non est in plenitudine intellectus secundum Philosophos, & in expresse istam sententiam & conclusionem principalem tenet Bald. in l. ut vim ff. de just. & jure, fin. col. & ibi Jason, qui valde commendat, 2. col. Dec. 4. colum. n. 7. idem Bald. in l. 1. Cod. unde vi, 6. col. 10. quest. & ibi Cyn. ante eum, penult. col. Fab. penult. col. Salyc. 3. col. n. 15, idem Bald. in cap. 1. de pace tenenda, & ejus violatoribus, in usib. feud. 2. col. idem Bald. in cap. 1. §. si quis verò, de pace juramento firmanda in usibus feud. fin. col. Florian. in l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad egerm Aguil. 1. colum. Angel. in trakt. malefic. in parte, & dicitur Titius se defendendo, 3. colum. versio. adversas, idem Angel. in §. sui autem certium, l. ff. de jur. natur. gen. & civil. 3. colum. Hippolyt. de Marfil. in l. 1. ff. ad legem Corn. de sicar. 5. colum. n. 4. idem Hippolyt. in l. 2. Cod. eodem tit. 1. col. n. 15, idem Hippolyt. in sua practica, §. quoniam, 11. col. n. 6. Joan. Andr. in addit. ad Spe. in tit. de homicidio super rubr. in fin. Abb. Panormit. in cap. de injuriis, 2. col. idem Abb. in cap. dilecti, de except. fin. colum. idem Abb. in cap. cum se de re jud. penult. col. idem Abb. in cap. olim, el. 2. de restit. spoliat. 7. colum. num. 16. & ibi Anton. fin. colum. & alii Doctor. Joan. de Anania in cap. 1. de homicidio, fin. col. 9. quest. Felin. qui bene loquitur in cap. significasti, el. 2. eodem tit. fin. colum. idem Felin. in cap. dilecti, de except. & ante omnes ita videtur: teneatur Gloss. ordinaria in tit. 1. 23. quest. in verbo prepassandam, in fin. & ibi Doctor. pro qua sententia & conclusione considero in nostro regno notabilem l. par. 1. tit. 14. 7. part. quod est singulare & quotidianum in practica, & jam istum casum habui de facto in hac civitate in persona cujusdam pauperis incarcerat. & labore & diligentia, qui remanet vivus penâ mortis ordinariâ, nisi probet se fecisse ad suam defensionem, & in expresse ita tenet Ricar. Malu. in dist. §. cum a ieres, quem ibi refert Alber. & ibi etiam tenet Bald. & Florian. tenet etiam Bald. in l. 1. Cod. unde vi, 6. col. num. 30. idem Bald. in cap. 1. de pace tenen. & ejus violat. 2. col. in usibus feudor. Angel. in trakt. malefic. in parte, & dicitur Titius se defendendo, penult. col. & ista est superior opinio, & tenenda, quam ego sequor tanquam veram, & juridicam. Primò, quia ex parte accusatoris, vel judicis procedentis ex officio probatur delictum homicidii, in quo semper præsumitur dolus in ipso delinquente, nisi contrarium probetur, ut in l. 1. Cod. ad legem Corn. de sicar. & sic merito debet condemnari, nisi probet exceptionem defensionis. Secundò, quia quando quis se fundat in aliqua negativa pro fundamento suæ intentionis, vel exceptionis, necessariò oportet illum probare, ut in l. 1. ff. de exception. & in l. magis putat, non passim, ff. de rebus eorum, & in l. 2. ff. de sit. i. omni, tit. & in l. cum lege, ff. de probat. & tradit magister Bart. in l. 1. in illa stipulatione, si calor i, ff. de vector. obige 2. col. & ibi communiter Moderni. Sed in nostro casu accusator, vel judex ex officio probavit delictum, reus verò accusatus, vel inquisitus

opus, & oculis præsumatur aggressor, ut homicida excusetur? In quo articulo reperio varias & diversas sententias & opiniones. Prima est, quòd in dubio superveniens homicida excusetur, & non teneatur aliqua penâ, cum non sit magis præsumptio contra suum, quàm contra alium, & in hoc casu melius, quàm in alio urget & concludit ratio generica textus in l. absentem, ff. de pa. Cujus verba sunt: Sancti us est nocentem impunitum relinquere, quàm invidentem condemnare in casu dubio, text. in l. inter preti. e, eodem titulo, & utrobique Doctor. Item etiam adhuc magis in specie facit text. in l. sic tuam, §. 1. versio. cum instrumenta, ff. ad leg. Aguil. ubi disponitur quòd si duo causa solati, vel aliis transsilerint ignem, vel aliqua ligna ardentia, & ambo concurrerunt, & sibi obviaverunt taliter quòd unus eorum flammâ consumptus est, superstes vivus non tenetur, si non potest constare, quòd alter ab eo eversus est, & per illum textum istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. ordinaria in l. 1. §. cum a ieres, ff. si qua pauper. rest. dicitur, in verbo sibi, Petr. de Bellaper. in l. 1. Cod. unde vi, fin. col. Ex quo textu notabiliter inferitur, quòd si duo equites currunt in platea, vel in via publica, & obviaverunt sibi, & invicem se percutiunt, ut aliquis eques eorum moriatur, nullus teneatur alteri, & ad hoc notat & commendat ibi Bald. dicens, quòd iste casus contingit de facto, & in eo consulitur, & similitur ego in hoc regno vidi istum casum, & ita consului. Secunda opinio est, quòd si superstes erat homo bonæ opinionis, & fama, quietus & pacificus, qui non confueverat delinquere, præsumatur provocatus, & homicidium fecisse ad suam defensionem, & sic non tenetur, sed absolvendus sit, argumentum text. in l. non omnes, §. a barbaris, ff. de re. mi. litari, ubi similes recessit à militia, & dubitatur an ex justa causa, vel non, creditur sibi quòd ex justa causa recessit, si est homo bonæ fama, & altimationis, ita tenet Alberic. in §. cum a ieres, & ante eum Rayner. quem refert Fl. an tenet etiam Petr. de Bellaper. in l. 1. Cod. unde vi, fin. col. Tertia opinio est, quòd imò ista casu teneatur superstes, qui remanet vivus penâ mortis ordinariâ, nisi probet se fecisse ad suam defensionem, & in expresse ita tenet Ricar. Malu. in dist. §. cum a ieres, quem ibi refert Alber. & ibi etiam tenet Bald. & Florian. tenet etiam Bald. in l. 1. Cod. unde vi, 6. col. num. 30. idem Bald. in cap. 1. de pace tenen. & ejus violat. 2. col. in usibus feudor. Angel. in trakt. malefic. in parte, & dicitur Titius se defendendo, penult. col. & ista est superior opinio, & tenenda, quam ego sequor tanquam veram, & juridicam. Primò, quia ex parte accusatoris, vel judicis procedentis ex officio probatur delictum homicidii, in quo semper præsumitur dolus in ipso delinquente, nisi contrarium probetur, ut in l. 1. Cod. ad legem Corn. de sicar. & sic merito debet condemnari, nisi probet exceptionem defensionis. Secundò, quia quando quis se fundat in aliqua negativa pro fundamento suæ intentionis, vel exceptionis, necessariò oportet illum probare, ut in l. 1. ff. de exception. & in l. magis putat, non passim, ff. de rebus eorum, & in l. 2. ff. de sit. i. omni, tit. & in l. cum lege, ff. de probat. & tradit magister Bart. in l. 1. in illa stipulatione, si calor i, ff. de vector. obige 2. col. & ibi communiter Moderni. Sed in nostro casu accusator, vel judex ex officio probavit delictum, reus verò accusatus, vel inquisitus

opus, & oculis præsumatur aggressor, ut homicida excusetur? In quo articulo reperio varias & diversas sententias & opiniones. Prima est, quòd in dubio superveniens homicida excusetur, & non teneatur aliqua penâ, cum non sit magis præsumptio contra suum, quàm contra alium, & in hoc casu melius, quàm in alio urget & concludit ratio generica textus in l. absentem, ff. de pa. Cujus verba sunt: Sancti us est nocentem impunitum relinquere, quàm invidentem condemnare in casu dubio, text. in l. inter preti. e, eodem titulo, & utrobique Doctor. Item etiam adhuc magis in specie facit text. in l. sic tuam, §. 1. versio. cum instrumenta, ff. ad leg. Aguil. ubi disponitur quòd si duo causa solati, vel aliis transsilerint ignem, vel aliqua ligna ardentia, & ambo concurrerunt, & sibi obviaverunt taliter quòd unus eorum flammâ consumptus est, superstes vivus non tenetur, si non potest constare, quòd alter ab eo eversus est, & per illum textum istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. ordinaria in l. 1. §. cum a ieres, ff. si qua pauper. rest. dicitur, in verbo sibi, Petr. de Bellaper. in l. 1. Cod. unde vi, fin. col. Ex quo textu notabiliter inferitur, quòd si duo equites currunt in platea, vel in via publica, & obviaverunt sibi, & invicem se percutiunt, ut aliquis eques eorum moriatur, nullus teneatur alteri, & ad hoc notat & commendat ibi Bald. dicens, quòd iste casus contingit de facto, & in eo consulitur, & similitur ego in hoc regno vidi istum casum, & ita consului. Secunda opinio est, quòd si superstes erat homo bonæ opinionis, & fama, quietus & pacificus, qui non confueverat delinquere, præsumatur provocatus, & homicidium fecisse ad suam defensionem, & sic non tenetur, sed absolvendus sit, argumentum text. in l. non omnes, §. a barbaris, ff. de re. mi. litari, ubi similes recessit à militia, & dubitatur an ex justa causa, vel non, creditur sibi quòd ex justa causa recessit, si est homo bonæ fama, & altimationis, ita tenet Alberic. in §. cum a ieres, & ante eum Rayner. quem refert Fl. an tenet etiam Petr. de Bellaper. in l. 1. Cod. unde vi, fin. col. Tertia opinio est, quòd imò ista casu teneatur superstes, qui remanet vivus penâ mortis ordinariâ, nisi probet se fecisse ad suam defensionem, & in expresse ita tenet Ricar. Malu. in dist. §. cum a ieres, quem ibi refert Alber. & ibi etiam tenet Bald. & Florian. tenet etiam Bald. in l. 1. Cod. unde vi, 6. col. num. 30. idem Bald. in cap. 1. de pace tenen. & ejus violat. 2. col. in usibus feudor. Angel. in trakt. malefic. in parte, & dicitur Titius se defendendo, penult. col. & ista est superior opinio, & tenenda, quam ego sequor tanquam veram, & juridicam. Primò, quia ex parte accusatoris, vel judicis procedentis ex officio probatur delictum homicidii, in quo semper præsumitur dolus in ipso delinquente, nisi contrarium probetur, ut in l. 1. Cod. ad legem Corn. de sicar. & sic merito debet condemnari, nisi probet exceptionem defensionis. Secundò, quia quando quis se fundat in aliqua negativa pro fundamento suæ intentionis, vel exceptionis, necessariò oportet illum probare, ut in l. 1. ff. de exception. & in l. magis putat, non passim, ff. de rebus eorum, & in l. 2. ff. de sit. i. omni, tit. & in l. cum lege, ff. de probat. & tradit magister Bart. in l. 1. in illa stipulatione, si calor i, ff. de vector. obige 2. col. & ibi communiter Moderni. Sed in nostro casu accusator, vel judex ex officio probavit delictum, reus verò accusatus, vel inquisitus

Dubium.

opponit exceptionem defensionis, & fundat in ea totaliter intentionem suam, ad evitandam condemnationem: ergo de necessitate sequitur, quòd teneatur illum probare, & ex his rationibus quævit animus meus in tam periculoso articulo, & per eas firmiter, & sine scrupulo residuo in hac sententia & opinione. Neque obstat text. primus pro prima opinione adductus in d. l. scientiam, §. 1. versio. cum extra mem. ff. ad legem Aguilam, quia ibi nullo modo constat, quòd unus evertit, vel propulsa verit alium, sed ambo simul currendo sibi obviaverunt, & inciderunt, unde si unus eorum perit, magis imputandum est casui fortuito, quàm dolo, vel culpa, nec potest alicui eorum delictum imputari: in nostro verò casu, & questione verè & realiter constat, quòd superstes interfecit alium, licet non constet, quis eorum fuerit aggressor, neque etiam obstat text. in l. omnes, §. a barbaris, ff. de re. mil. adductus pro secunda opinione, quia non loquitur in casu, vel delicto, in quo insit, & præsumatur dolus, sicut in homicidio.

Item prosequendo materiam, utiliter quero, si reus accusatus, vel inquisitus de homicidio confiteatur se occidisse hominem, sed ad suam defensionem, nec alia appareant probationes, an talis confessio qualificata valeat & admittatur, ut non possit ex ea condemnari, vel an talis confessio sibi noceat, & præjudicet, ut possit ex ea condemnari, & per consequens possit per judicem acceptari pro ea parte, qua confessus est, & pro alia respui, in quantum dixit suffecisse ad suam defensionem, & videtur quòd talis confessio non præjudicet consentienti, ut ex ea possit condemnari nec possit acceptari pro parte, & pro parte non, quia quando unus actus est merè individuus, & continet pluras capita connexa, & non potest pro parte acceptari, & pro parte respui & negari, sed aut totus debet acceptari, aut totus respui, & renunciari, ita probat text. notabilis in l. in judi io, ff. famili. eris, ubi habetur, quòd sententia, vel actus judicariis non potest pro parte valere, & pro parte non, text. in l. dicere, ff. de arbitriis, text. in l. etiam, §. 1. ff. de mim. text. in l. Carnelia, §. de jure parior. & utrobique communiter Doctor. Confirmatur, quia qualitas non potest separari à suo subiecto, ut in l. Panormita, §. cum quis, ff. de acq. possel. & in terminis istam sententiam & conclusionem tenet Camanus in d. l. P. mponius, cum quis, 2. col. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum: imò, quòd talis confessio præjudicet consentienti, ut ex ea possit condemnari, nisi probet qualiter defensionis. Cujus ratio fundamentalis est, quia in delicto homicidii semper præsumitur dolus, ut latus supra dictum est. Ergo ipse delinquens teneatur probare contrarium, & non sit standum suæ assertioni, Confirmatur, quia licet in his, quæ consistunt in propria conscientia & mente alicujus, stetur ejus assertioni cum juramento ut in cap. si videret, 2. de sent. & omni. & ibi Gloss. ordinaria, & communis opinio, text. in cap. pastoralis, de excep. & ibi Doctor. Gloss. ordinaria in §. ista iste quidem, de action. in glo. magna in medio, & ibi communiter Doctor. Gloss. in l. atqui natura, §. cum ne ab hoste, ff. ad negat. gest. Gloss. in l. si quis, §. 1. ff. de acq. Gloss. in cap. si diligenti, de presel. Gloss. in cap. significasti el. 2. de homicid. & utrobique communiter Doctor. tamen si præsumptio juris militat contra ipsum, non tatur ejus assertioni etiam cum juramento: ita tenet

26  
Cōfiteri se occidisse hominem ad suam defensionem.

& declarat Bartol. in l. inter omnes, §. restit. ff. de furtis, 1. col. & ibi communiter Doctor. pro quibus facit text. in l. si non concocit, Cod. de injur. text. in cap. vidua, de e. l. rhuo, text. in cap. final. qui marit. a. cul. r. 1. & isto fundamento, & ratione istam principalem sententiam & conclusionem, scilicet quòd reus accusatus, vel inquisitus possit condemnari ex tali confessione sua qualificata, nisi probet se fecisse ad suam defensionem, tenet singulariter Bart. in l. A. velius, §. diem quæstus, ff. de lib. legat. 2. colum. n. 2. & ibi Alexand. in addit. suis, Bald. in l. unica, Cod. de confessi, 10. col. n. 42. idem Baldus in cap. dudum, de electione, ante pen. col. n. 31. Imol. in l. decem, ff. de verbor. oblig. ver. col. in fin. & ibi Alex. & alii Doctor. idem Alexand. in l. §. 1. si quis simpliciter, eod. tit. col. n. 7. Angel. de Aret. in trakt. in les. in parte, comparans inquisiti & parim negatus & parim consentientis, 2. col. & ibi ejus additio. Abbas Panormitan. in cap. convenissent, de inst. 2. col. n. 7. Unum tamen est, quòd isto casu ex tali confessione non debet puniri penâ ordinaria delicti, sed minori penâ ordinariâ, quia cum talis condemnatio procedat ex quadam præsumptione, quam habet delinquentes contra se, meritò non debet sibi imponi ordinaria. Nec obstat si subeliter replices, quòd semper reus delinquens debet excusari, saltem à penâ ordinariâ, cum semper, & regulariter delictum præsumatur commissum dolo, ut in l. 1. Cod. ad legem Corn. de sicar. cum similibus: ergo licet constet per veras, & legitimas probationes, non deberet puniri penâ ordinariâ, quia respondeo, quòd illud est verum, & procedit quando constat de delicto per veras & legitimas probationes non chas aliqua exceptione, vel qualitate, sed cum in nostro casu constat de delicto pro solam confessionem partis, & illa non sit pura, simplex, & absoluta, sed qualificata, & modificata dicendo, & fecit ad sui defensionem, probatio redditur dubia, & incerta, unde meritò pena non debet imponi ordinariâ, & certè ista est vera & perfecta declaratio & intelligentia hujus articuli, & in terminis ita tenet Abbas Panormit. in cap. auditus, de prescrip. penult. col. n. 32. & illud dictum sequitur, & reputat unicum, & non alibi Felinus ibi, 16. col. n. 30. idem Felinus in cap. significasti, el. 2. de homicidio, pen. col. in fin. idem Felin. in cap. cum venerabilis, de ex. opt. 4. col. n. 15. idem Felin. in cap. asserit, de presump. penult. col. reputat etiam mirabile Augullinus de Arimini in addit. ad Ang. de malefic. in parte, comparans inquisiti, & parim consentientis, 1. colum. idem Augullinus in parte de anno presentis, versio. tamen in hac materia, reputat etiam singulare, & quotidianum, in practica Jal. in l. ut vim, ff. de just. & jure 3. colum. in fine, Hippolytus de Marfil. in sua practica, §. postquam, 4. col. n. 24. ubi dicit, quòd per hoc evasit quidam à penâ mortis: idem Hippolyt. in l. repet. ff. de quæstion. 6. colum. n. 30. idem Hippolytus in consiliis suis, consil. 33. final. colum. Thomas de Ferraria in cautelis suis, cautela 5. reputat etiam mirabile Palacios Rubios in repet. cap. per v. stras, de donat. inter virum & uxor. 4. fol. 1. col. m. versio. ex his, & istam opinionem ego sequor, licet Socinus in l. 1. ff. si certi. perat. 5. colum. num. 15. tenet contrarium in puncto juris, idem Socinus in l. non utique, ff. de except. fin. colum. Philippus Decius in l. ne vim, ff. de justit. & jure, 7. colum. num. 20. & ex hoc ego licet indignus eripui quendam pau-



perem a poena mortis, nam fuit infamatus ab alio, quod de nocte dum dormiret secum in lecto, commisit cum eo peccatum nefandum contra naturam, & fuit positus in tortura, & confessus fuit, quod in formis dum cogitaret, quod accedebat ad quandam mulierem, accessit ad illum tanquam ad feminam, sed non deliberat, & in sana mente, & viso processu dixi, & iudicem informavi, quod nullo modo erat sibi imponenda poena mortis ordinaria, cum non potuit constare de veritate aliter quam per suam confessionem qualificatam, & tandem maximo labore, & diligentia obtinui.

27 Accusatus de homicidio poterit probare se fecisse ad suam defensionem per conjecturas, & praesumptas probationes, quae iudicis arbitrio relinquuntur quia contra dolum praesumptum contraria probatio praesumptiva sufficit argumento text. juncta Gloss. ordinaria in l. 1. Cod. ad l. Corn. de sicar. in c. 1. de praesumpti. & tenet Bald. in l. unie. C. de confis. sis. 1. c. l. n. 46. & Jas. in l. ut vim, de iustit. & jur. 2. col. n. 7. imo quod magis est, hoc casu testes deponentes de credulitate sufficienter probant, ita singulariter determinat Jas. in Rubrica, ff. de iurjurand. 3. col. n. 7. Hippol. de Marfil. Dec. in l. ut vim, ff. de iustit. & jur. 6. col.

Item etiam hoc casu admittuntur testes consanguinei, affines domesticii, & familiares: ita singulariter tenet Spec. post Doctorem antiquum, quem al legat in tit. de inquisitione, §. 1. vers. sed nunquid. 4. col. n. 2. Bald. in l. parentes, C. de testibus, & ibi Salyc. Angel. de Atet. in §. 2. Instit. de gradibus, idem Angel. in tract. malef. in parte, & dictus T riu s se defendendo, §. col. tene menti. Jas. ubi reputat singulare in rubr. ff. de iurjur. 3. col. n. 7. idem Jas. in l. sed & si quis, ff. si quis cautio. 2. col.

28 Tertius casus in quo homicida excusatur in totum, vel in parte, est, quando offensus, vel vulneratus decessit propter culpam & negligentiam adhibitam in cura ejus, ita probat text. in l. qui occidit, §. fin. vers. fin. ff. ad l. Aquil. & in terminis ita tenet Gloss. singularis in l. si ab hostibus, §. fin. ff. solut. matrim. quam ibi ad hoc notat & commendat Bald. Imol. Alexand. Jas. & communiter Moderni, & reputat singularem Paul. de Castro: quo casu, an vulnus esset mortale, vel non, & proficeret cura, vel fuit excessus in ea, statim iudicio medicorum, text. est singularis in ut, in l. senel. Cod. de re militari, & ibi Bartol. & communiter Doctores, & reputat singularem Imol. in cap. propositi, de probat. facit etiam text. in cap. significasti, de homicid. & si quaeras, an unus tantum telus peritus sufficiat, vel plures requirantur, dico quod si casus contingat in loco, in quo datur copia plurium peritorum, duo vel plures debent intervenire, alius vero si non datur copia eorum, unus tantum sufficit: ita probat textus singularis, & unicus in leg. 1. §. fin. ff. de verbor. obligat. & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, & reputat singularem & unicum Baldus in l. directus, Cod. de testam. namum. idem Baldus in leg. iudices, Cod. de sentent. & interlocutoribus omn. iud. idem Bald. in cap. causam, de iurjurand. de probat. Felinus in cap. veniens, de testam. per. ultima col. Jas. in dict. §. fin. probat etiam text. formalis, & expressus in autb. de non alienam. aut permutan. reb. Eccl. §. quod autem, c. 2. & ibi Doctores.

Quarto tamen valde utiliter & necessario, si non probetur, quod offensus, & vulneratus decessit ex vulnere, vel offensa, & similiter ex adverso, non probetur, quod ex culpa vel negligentia adhibita in cura decessit, sed tantum simpliciter probetur, quod vulnus fuit sibi illatum, & post aliud tempus decessit, an praesumatur decessisse ex vulnere, vel non: In quo articulo resolutivè dico & teneo, quod si post vulnus illatum in continenti decessit, praesumatur ex vulnere & eius occasione decessisse: si vero probetur quod post vulnus illatum semper & continuè fuit infirmus, & tandem decessit, similiter praesumatur ex praedicto vulnere, & eius occasione decessisse: si vero probetur, quod post vulnus illatum fuit perfectè sanus, & saltem recuperavit, & postea superveniat alia infirmitas, & decessit non praesumatur ex vulnere, & eius occasione decessisse, sed ex alia infirmitate naturali superveniente: si vero post vulnus illatum probatur mors secuta simpliciter sine alia majori declaratione, vel probatione ab una parte, vel ab alia, tunc est majus dubium: sed similiter teneo quod praesumatur ex vulnere decessisse, quod reputo singulare, & quotidianum, & per alium non sic declaratur, & licet ista mea resolutio a doctrina non probetur specialiter aliqua lege, sufficeret ratio naturalis, quia quaerere legem ubi est ratio naturalis, est infirmitas intellectus, secundum Aristotelem 8. Physicorum, cap. 1. tamen bene probat text. in leg. ita ff. ad legem Aquil. text. in l. vulnerato, eod. tit. textus in l. si ex plagis, eodem tit. text. in cap. cominebatur, de homicidio, text. in cap. significasti, el. 1. eodem tit. text. in cap. 2. de clerico percussore. Ex quibus venit reprobanda vel saltem declaranda Gloss. singularis & unica in l. 1. Cod. de emendatione servorum, ubi dicit, quod si vulneratus fargit, & ambulavit super baculo post triduum, non praesumatur decessisse ex vulnere, sed potius culpa & negligentia ipsius vulnerati, quam summe notat & commendat Salycet & alii Doctores, & reputat singularem & unicum Angel. de Perus. sibi, quia certe illa Gloss. est falsa, quia solum debet attendi, an vulnus fuerit mortale, vel non, & an ex eo, & occasione ejus decesserit, non vero an infra triduum, vel ambulaverit, vel non, per supradicta: vel saltem venit declaranda hoc modo, quod in casu quo sit dubium, an vulnus fuerit mortale, vel non propter excessus quos fecerit vulneratus, praesumatur non esse mortale, quando post triduum, vel aliud bene ambulaverit, & ista est intentio & declaratio Angeli, & Salyceti ibidem, ita tenet, & declarat Bald. in l. 1. Cod. de edil. actio. penultim. col. 1. Bartol. quem omnino vide in l. final. ff. ad legem Corn. l. de sicar. penultim. col. n. 11. Abbas & alii Doctores, in cap. 2. de clerico percussore. Felinus qui notabiliter loquitur in cap. Pristernus, de homicidio, Hippolytus de Marfil. in sua pract. §. sed quia, j. col. n. 16.

Item etiam primo, & principaliter quaero, an ille qui alium offenderit, vel vulneravit animo & intentione occidendi, vel ambulaverit, vel insecutus sit eum causâ occidendi, sed realiter non occiderit, teneatur poena mortis tanquam homicida: In quo notabili, & quotidiano articulo dico, quod aliquando quis cogitat, & in mente deliberat delinquere & alium interficere, & si non processit ad aliquem actum percussoris, nullo modo tenetur, text. est in l. cogitationis, ff. de

nis, nullo modo tenetur, text. est in l. cogitationis, ff. de panis. Cujus verba sunt: Cogitationis poenam nemo patitur, & ibi notat Gloss. ordinaria, Bart. Alber. & communiter Doctores, in l. 1. §. sola cogitatio, ff. de furis, text. in l. si quis uxori, nec verbo, eodem tit. text. in l. fugitivus, ff. de verborum signif. text. in l. sape, vers. fin. eodem tit. text. in l. si quis testis inventum, §. fin. vers. fin. ff. ad legem Aquil. text. in l. bozem, §. 1. ff. de edil. edict. text. in l. 3. ff. de his q. à natant. infam. text. in cap. cogitationis, & in cap. cogitatio, de panis, dist. 1. ex quo dicebat Alber. in l. quinque, Cod. de servis fugit. 2. Column. quod in delictis regulariter tria considerantur, animus, factum, & delictum: animus, ut quis intendat delinquere: factum, ut sequatur delictum: delictum, ut per legem sit punibile, quod intelligi in foro contentioso, debet verò in foro conscientiae, quia si quis animo deliquerit alium occidere, vel offendere, vel aliud delictum, vel peccatum committere, statim peccat mortaliter: text. est in cap. unum, §. criminis, 25. dist. & ibi Gloss. ordinaria, Archid. & communiter Doctores, text. in cap. onanis, de panis, dist. 1. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, text. in cap. sed pensandum, 6. dist. & probatur auctoritate Domini nostri in Evangelio Matth. c. 5. dicens: Ego autem dico vobis, quia omnis qui vidit mulierem ad concupiscendum eam, jam macchatus est eam in corde suo, & habetur transumptivè in cap. qui viderit, 32. quest. 5. Aliquando quis ultra animi deliberationem processit ad actum facti, & tunc in delictis atrocibus tenetur poena ordinaria, licet delictum non consummavit, unde in nostro casu si quis alium percussit, vulneravit, vel causâ occidendi ambulaverit, tenetur poena mortis, licet realiter non occiderit; text. est capitalis & expressus in l. si qui cum telo, Cod. ad leg. Corn. de sicar. Cujus verba sunt: Si qui cum telo ambulaverit homicin necandi causâ, sicut is qui hominem occiderit, leg. Cornelia de sicariis poena coercetur, text. in l. 1. ff. eod. tit. text. in l. dicitur Adrianus, eod. in tit. text. in l. si quis non dicam rapere, C. de Episcop. & Cler. text. in §. item leg. Cornelia. Instit. de publ. indic. & utrobique communiter Doctores. Adde tamen; quod hoc casu ita sententia & conclusio de generali consuetudine non servatur, quia reus delinquens non punitur poena mortis ordinaria, sed mitiori poena extraordinaria, iudicis arbitrio, si delictum non est consummatum, nec homicidium secutum, licet ad aliquem actum facti processit, ita g singulariter tenet Specul. in tit. de accusatore, §. 1. 6. column. vers. quid si r. argum. text. in l. aut fallâ, §. eorum, ff. de poenis, & illud dictum sequitur, & valde commendat Angel. Paul. & Moderni in l. 1. §. fin. ff. quod quisque fuit, Baldus in l. si fugit, C. de servis fugitivis, 1. column. num. 3. Cynus in dict. l. si qui cum telo, C. ad l. Cornelia de sicar. 2. column. in medio, & ibi Faber in brevuario, 1. column. tenet etiam & reputat notabile Salycet. ibi 2. col. in fin. non allegando Specul. sed allegando Bald. qui illud tenebat in voce, legendo Nicol. de Neapol. in §. item, lex Co. n. Instit. de publ. iud. tenet etiam & reputat mirabile Augullinus in addit. ad Angel. de malef. in parte, & ex intervallo penult. col. idem Augullinus, in parte in platea communis, fin. col. Jason. in rubr. Instit. de actio. pen. col. n. 31. Hodie tamen in nostro regno hoc intellige & declara, ut procedat & habeat locum, quando quis ambulave-

Ambulans causa alio occidendi

rit causâ alium occidendi vel processit ad actum facti & realiter percussit, & intulit sibi aliquid vulnus, ex quo non fuit secuta mors sine prodicione, vel insidiis, secus verò si percussit, vel vulneravit alium proditoricè, vel alevose, vel praecedentibus insidiis; vel habito prius consilio, tractatu, vel alioquo super hoc, quia tunc propter illam qualitatem, per quam tollitur defensio ipsi vulnerato & offenso, aggravatur poena, & tenetur delinquens poena mortis ordinariâ, licet realiter non occiderit, ita expressè disponit lex 2. tit. 13. lib. 8. ordin. quae sic quotidie in isto regno practicitur; & illa decisio potest confirmari, quia qualitas prodicionis, vel alevosiae semper aggravat delictum, text. in c. 1. §. porro qua fuit prima causa beneficii amittendi, & ibi Doctores, text. in cap. primo, §. si voluerit, de capitulo, qui curiam vendidit, in usus feudorum, & ibi communiter Doctores.

\* Et istum casum habui de facto in hac civitate Salmanticensi: nam quidam vicinus alterius nulla vel levisimâ causâ intervenient e quadam nocte cum quibusdam sociis aggressus est dominum alterius, & clamavit & dum esset in lecto & clausis portis aperuit eam, & atrociter eum verberavit, & podibunda per vim abscidit, & certè si essem iudex inponerem poenam mortis, & cum essem advocatus pauperum nolui pro eo patrocinari. Simpliciter etiam iste casus postea mihi contigit in quadam servo hujus civitatis, & quadam famula qui inter se convenerunt dominam interficere cum veneno & datum fuit in prandio, & ipsa non fuit mortua, sed nolui patrocinari.

Aliquando verò ultra animi deliberationem processit quis ad actum facti, in delictis non atrocibus nec gravissimis, & tunc non tenetur poena ordinaria, si delictum non consummavit, sed mitius panitur iudicis arbitrio, ita probat text. in leg. 1. §. fin. ff. quod quisque juris, & ibi tenet Gloss. ordinaria & communiter Doctores. & per illum text. ita etiam tenet Gloss. ordinaria & communiter Doct. in l. si quis non dicam rapere, C. de Episcop. & Cler. probat etiam text. in l. 1. ff. de extraord. crimin. & ibi communiter Doctores.

Item etiam juxta praedicta utiliter & necessario quaero, si quis est offensus & vulneratus taliter, quod ex illo vulnere speratur mori, an possit reus delinquens accusari tanquam homicida ad poenam mortis? in quo breviter & resolutivè dico, quod de jure communi, si vulneravit animo occidendi, bene potest statim accusari tanquam homicida, quia non requiritur effectus consummatus: sed attentâ hodie generali consuetudine, secundum quem requiritur, quod sequatur mors, & secundum jura nostra regia, quae expressè hoc volunt, non potest delinquens tanquam homicida accusari, antequam realiter offensus moriatur, cum ante non dicatur data actio, vel accusatio, argumento text. in l. cedere diem, ff. de verborum significat. & in l. in illa stipulatione, §. l. hoc iure, de verbor. oblig. cum materia, & in expresse ita tenet Bart. in l. damni infecti, §. Sabinus sententia, ff. de danno infecto, 2. column. num. 4. & ibi Angel. de Petul. Paul. de Cast. Imol. Cuman. Roman. & communiter Doctores. Anania, in cap. signifi asti, el. 2. de homicid. 2. col. majus tamen dubium est, si reus delinquens tantum est accusatus de vulnere, &

Dubium.



pendente accusatione & processu offensus moriatur, an possit tanquam homicida condemnari ad poenam mortis? breviter, & resolutivè dico, quòd si accusatio fuit proposita tanquam de vulnere illato animo occidendi benè potest sequi condemnatio de rigore juris, argumento text. in d. l. si quicum telo, Cod. ad leg. Corn. de scar. aliàs verò, si tantum fuit proposita simpliciter de vulnere, non potest sequi condemnatio, sed requiritur novus processus & accusatio, quia mutatur species & qualitas delicti & poena ejus, argumento text. in l. si vulnerato, ff. ad leg. Aquil. Item etiam, quia non esset sententia conformis libello, nec super re, & causa in Judicio deducta, argumento text. in l. habebar, ff. de injuria, & in l. fin. C. de fidei. liber. & idem esset hodie attenta generali consuetudine, vel attendita dispositione nostrarum legum regni, quibus requiritur, quòd realiter sequatur mors, quia non potest sequi condemnatio de homicidio, si tantum fuit accusatus de vulnere. Quòd tamen intellige, præterquam si accusatio vel inquisitio comprehendat etiam casum mortis, quia proposita est de vulnere, asserendo esse mortale, vel hoc acto, & protestatione facta quòd si sequatur mors, puniatur reus poenâ mortis, nam tunc secuta morte pendente processu & accusatione, potest licitè condemnari, tanquam homicida ad poenam mortis, quia quando jus supervenit actori, vel accusatori, ex causa de præterito benè confirmatur actio vel accusatio proposita, textus est notandus & expressus in l. si rem alienam, l. 1. §. fin. ff. de pign. act. & tradit plene Bartol. Paul. & communiter Doct. in l. non potest videri, ff. de jud. & in expresso ita tenet & declarat Bart. post antiquos in d. l. damni infelici. §. Sabinus sententia. ff. de damno infelico, col. 2. n. 6. & ibi Albert. Paul. Imol. Roman. & communiter Doct. Joan. Andr. in add. ad Spec. in tit. de inquisitione, super Rubrica, Florian. in l. vulnerato, ff. ad leg. Aquil. Bald. in l. 4. ff. de jure dot. Ang. de mal. in platea pen. col. idem Angel. in parte, una alia percussione, 1. col. imò, quod magis est hoc casu non possit valere processus super injuria, nec ad hæredes transire, sed agendum esset lege Cornelia de sicariis, argumento text. in leg. prætor edixit. §. si dicatur, ff. de injuriis, de quo articulo latius in delicto injuriæ dico.

\* Advertendum tunc quòd prædicta debent intelligi quando mors esset secuta pendente processu & accusatione ante sententiam diffinitivam latam; sed dubium maximum est quid sequatur post ipsam sententiam diffinitivam latam ante executionem, vel post executionem, vide omnino supra, in c. 1. n. 26. & 27. & infra in c. 6. de injur. n. 14.\*

Imò etiam secundò & principaliter quæro, si quis occidat posthumum nondum natum, sed existentem in ventre matris suæ, an teneatur poenâ mortis, sicut si vivum, & natum interficeret? & resolutivè dico, quòd si quis mulieri prægnanti poculum dedit, vel quid aliud dolo fecerit, ex quo abortus secutus est, & sic posthumus decessit, postquam anima erit ei infusa, tunc tenetur poenâ mortis, & si pater, mater, vel ascendens illud fecerit & commiserit, tenetur poenâ patricidii, text. est in l. si quis aliquid §. abortivus, ff. de poenis, text. in l. pen. C. ad leg. Corn. de scar. & utrobique communiter Doct. Si verò anima nondum erat ei infusa, non tenetur poenâ mortis, sed poenâ arbitriariâ, text. est nota-

Limita.

Occidens posthumum in ventre existentem poena.

bilis, qui sic debet intelligi, in l. mulierem, ff. ad legem Cornelianam, de scar. text. in leg. Cicerò, ff. de poenis, Cujus verba sunt: Sed & si quam visceribus suis post divortium, quia prægnans fuit, vim intulerit, ne jam in initio marito filium procrearet, ut temporali exilio coerceretur, ab optinis Imperatoribus nostris rescriptum est, textus in l. divus Severus, ff. de extrand. crimin. & utrobique communiter Doct. Cujus ratio potest esse, quia quòd nondum vivit, mori non potest. Item non dicitur homo ante infusionem animæ, cum ex corpore & anima componatur & formetur, ut in cap. in quadam, de celebrat. missar. Cujus verba sunt: Nam ad esse hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus & anima, ex quorum consensione verus homo subsistit, & talis anima rationalis dicitur infusa in masculo post quadraginta dies, in femina verò post nonaginta dies, secundum Aristotelem lib. 7. de historia animalium, c. 3. & secundum Avicennam medicorum principem in cap. non de animalibus, & secundum beatum Augustinum in questionibus suis quæst. 34. & quòd ex corpore & anima verus homo, & creatura subsistat, tenet Aristot. in 2. de anima, & in c. 1. de partibus animalium, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. ordinaria in leg. divus Severus, ff. de extrand. crimin. & ibi Bart. Angel. & communiter Doct. antiqui, Gloss. ordinaria in l. pen. C. ad l. Corn. de scar. & ibi Jacob. Bald. Sal. & communiter Doct. Alb. qui notabiliter loquuntur in l. qui in utero, ff. de statu hominum, 3. column. ver. si autem quæritur, Gloss. ordinaria in cap. sicut de homicidio, & ibi Abbas, Cardin. & communiter Doct. in c. si aliquis, eod. tit. Bonifacius in tract. mal. in tit. de homicidio, 1. co. in medio, Angel. de mal. in parte, & ex intervallo, 4. column. versic. quid si quis faciat & ibi ejus additionator, Hippolit. de Marfil. in l. si Mulierem, ff. ad l. Corn. de scar. Summa Angelica in verba homicidium, §. eo un. versic. utrum si homicid. & idem expresse disponit l. 8. tit. 3. 7. par. Quod primò extendit, ut procedat & habeat locum in casu dubio, quando non possit constare, an anima fuerit infusa, vel non, quia delinquens tenetur poenâ mortis, nisi probet negativam, cum dederit operam rei illicitæ & in terminis ita tenet Anania in d. c. sicut de homicidio, & ibi Cardin. & alii Doct. argumento textus in cap. ad audientiam, & in cap. significasti, el 2. & cap. penult. eodem tit. sed ego teneo contrarium, argumento text. cum ratione in leg. absentem, ff. de poenis, & in leg. interpretacione, eod. tit. Et jura prædicta, in quibus fundantur Doct. supra allegati loquuntur quoad irregularitatem, non verò quoad poenâ corporalem, & ita videtur tenere Spec. in tit. de dispensacione, §. justè, antepen. col. versic. item qui hominem, Secundò extendit, etiam si monstruosum hominem, vel posthumum occiderit, ita Bald. in leg. quod dicitur, ff. de liber. & posthum. argumento illius textus: quod tamen intellige, quando membra erant diminuta, vel ampliata, ut quia habeat unum brachium, vel plura brachia, vel habeat unum pedem, vel plures pedes, unum digitorum, vel plures digitos: secus verò, si non esset in forma humana, quia haberet caput animalis bruti, vel quid simile, ita Bald. Angel. Paul. Imol. & communiter Doct. in d. l. quod dicitur, ff. de liber. & posthum. argumento text. in l. non sane liberi, ff. de statu homin.

& in l. pen. C. de posthum. hered.

31 Dubium tamen est, si quis dederit alicui poculum a amatorium, non animo occidendi, sed causâ amoris, vel libidinis, & recipiens moriatur, an teneatur poenâ mortis? & resolutivè dico quòd sic, text. est notabilis in l. si quis alicui, §. qui abortivus, ff. de poenis, Cujus verba sunt: Qui abortivus aut amatorium poculum dant, & si dolo non faciunt, tamen, quia multi exempli res est, humiliores in metallum demittuntur, honestiores in insulam amissa parte bonorum releguntur, quòd si ex eo mulier aut homo perierit, supplicio afficiantur, & ibi Gloss. ordinaria, Bart. & communiter Doct. licet Albet. ibi in si, videatur dicere, quòd mitius puniatur ex eo, quòd non fecit dolo animo occidendi, sed quidquid dicat textus est ibi formalis contra eum. Nec obstat textus in l. Cornelia, ff. ad leg. Corn. de scar. cum similibus, ubi habetur quòd nunquam debet imponi poena mortis, quando homicidium committitur sine dolo, quia in præsentî casu intervenit dolo saltem impliciter ex eo, quòd fecit rem illicitam dando poculum amatorium, ex quo verisimiliter potuit sequi mors, unde merito tenetur poenâ mortis, & facit bonus textus in c. fin. de homicidio. Si verò sine dolo causâ amoris liciti vel causâ conceptionis dederit poculum quo mors secuta est, ille qui dedit non tenetur poenâ ordinaria, sed tantum poenâ relegacionis, vel extraordinaria, judicis arbitrio, textus est in l. 3. vers. sed ex senatusconsulto, ff. ad l. Corn. de scar. Cujus verba sunt: Sed ex senatusconsulto relegari iusta est ea, quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quæ acceperat decesserit, imò quod magis est licet ex poculo non sit secuta mors, nec aliquod damnum, ille qui dedit debet puniri extra ordinem, judicis arbitrio, quia satis est, quòd ex eo potuit sequi mors, vel grave damnum, & in se est rei illicita, & mali exempli, ita probant prædicta jura Ex quibus collige, quòd omne illud quod in se continet malum & iniquum exemplum in republica, potest, & debet per judicem puniri.

h  
Occidens Titium putans esse Caium.

Item b principaliter quæro, si quis voluit occidere Titium inimicum suum, & erravit in persona, quia occidit Caium, credens esse prædictum Titium inimicum suum, an teneatur poenâ mortis, tanquam homicida? & videtur quòd non, quia respectu ipsius occisi non habuit dolum, neque animum delinquendi, quod principaliter requiritur in hoc delicto, ut in l. Cornelia, ff. ad legem Corn. de scar. cum similib. Item quia omnis adus ex errore factus nunquam nocet genti, sine consensu, ut in l. si per errorem, ff. de iuris. omn. iud. Item dolo, vel contumacia circa unum, non porrigitur ad alium, ut in leg. Fulcinius, quid ergo, vers. quod si adversus, ff. quib. ex caus. in pos. eat. Sed breviter hoc non obstante contrarium est tenendum, imò quòd, teneatur poenâ mortis, tanquam homicida: quia ibi verè, realiter consensus delinquens, licet erravit in persona, & dolo & animo, quem habuit respectu corporis occisi, sufficit, ita probat textus singularis in iure in l. cum qui nocentem, §. si in principio, ff. de injuriis, Cujus verba sunt: [Si injuria mihi fiat ab eo cui sim ignotus, aut si quis patet me Lucium Titium esse, cum sim Caius Seius, præ-

valet quòd principale est, injuriam cum mihi facere velle: nam certus sum ego, licet ille putet me alium esse, quàm sum, & idè injuriam habeo actionem,] & ad hoc illum text. notat & commendat ibi Bart. Albet. Angel. de Perus. & communiter Doct. antiqui, idem Bart. in leg. divus, ff. ad legem Corn. de scar. 2. col. & 2. quæst. Bartolus in leg. si per errorem, 1. column. 2. appof. ff. de juris d. omn. iud. & ibi communiter Doctores, & illum text. ad hoc notat & commendat Albet. in l. quicumque, C. de servis fugiv. vel. in fine, & ibi Salycet. 2. column. in principio, Bald. in l. si quis non dicam rapere, Cod. de Episcop. & cleric. vel. ult. col. num. 9. Albet. in l. rem Mala, §. si sed si plures, 1. column. in fine, ff. ad legem Aquil. & ibi Flor. 3. column. in fine, Anchar. & Anania in c. fin. de his qui filios occidi. Bonifac. in tract. malefic. in tit. de injulter, & percussione, 8. column. vers. quid si percussit, facit etiam bonus textus in l. fin. Cod. unde vi, in l. doli, §. 1. de servis corrupto, textus in l. aut qui aliter, §. si quis dum patet, ff. quòd vi qui clam, textus in l. falsus, §. n. alienum, ff. de furtis, text. in l. si post latrocin. §. si liber homo, ff. de adulter. text. juncta Gloss. ordinaria & communi opinione in c. si vero, el 2. de font. n. excom. Ex quibus collige, & perpetuò nota, quòd in hoc delicto homicidii sufficit dolo in genere, licet non sit commissus in specie, & in terminis ita tenet Bald. in leg. si quis non dicam rapere, Cod. de Episcop. & cleric. vel. ult. col. num. 9. post Joan. Andr. quem ipse allegat in c. cum quis, de regul. jur. & certè probant aperte jura superiora. Neque obstat text. in l. illud §. fin. ff. de injur. & in l. si cum servo, eod. tit. ubi habetur, quòd si quis velit offendere, & percutere servum proprium, & ex errore, vel casu alium percussit, non tenetur, quia ibi non erat dolo, nec dabat operam rei illicitæ, unde merito non tenetur, ita tenet & declarat ibi Bartol. Albet. Angel. & communiter Doct. Nec obstat si replices de text. in l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. ubi si quis fe defendendo ab aliquo tertium prætereantem, vel mediatorem percussit, tenetur lege Aquilia ad interesse, quia in illa actione non requiritur dolo, sed tantum culpa unde tenetur ita demum, si aliqua culpa ei possit imputari, aliàs non, & secundum Angel. in d. l. si cum servo, ff. de injur. & secundum Decium in l. ut vim, ff. de just. & jure §. vel. num. 12.

Et ex superioribus inferitur ad quæstionem valde difficilem, & necessariam, si forte quis voluit offendere, vel occidere Titium inimicum suum quem benè cognovit, & in ejus persona non erravit tamen casu offendit, vel occidit Seium, ibi proxime stantem vel prætereantem, vel forte mediatorem inter eos causâ pacis, & concordia, ut quotidie sit an talis homicida teneatur poenâ mortis? & videtur, quòd non tenetur, quia non fuit in dolo circa offensum, vel occisum, nec habuit consensum in illo delicto. Item etiam per text. in l. illud §. fin. & in l. si cum servo, ff. de injur. ubi disponitur, quòd si quis voluit percutere, vel offendere servum proprium, & casu percussit alium proximè, vel prætereantem, non tenetur aliqua poenâ, per quæ jura istam quæstionem movet Bartol. in d. l. si cum servo, & relinquit indecissam. Sed his non obstantibus contrarium videtur de jure vetius: imò, quòd teneatur poenâ mortis, tanquam homicida, ita probat text. singularis in l. cum qui

Sufficiens in genere, licet non committatur in specie.

Occidens per errorem mediatorem pacis in conflictu.



nocentem, ff. de injuriis, & jura quæ supra proxima quaestione in confirmationem allegavi, per quem text. ita tenet Bartolus in l. respiciendum, §. fin. de pœn. in quaestione. Salicet. licet non alleget illum text. nec auctoritatem Bartoli, in l. quoniam multa facinora, Cod. ad legem Juliam, de vi. 2. colum. in fine, & ibi Angel. de Perus. 3. colum. vers. ex quo colligit. Joannes Igneus in l. §. servi appellatione, ff. de Syllan. 54. colum. num. 129. Ioan. de Anan. in cap. final. de his qui filios occid. 3. col. Uouum tamen est, quod talis homicida non tenebitur pœnâ mortis ordinariâ, sed tantum pœnâ extraordinariâ iudicis arbitrio, quia saltem respectu ipsius offensis & occisi non intervenit dolus, nec animus delinquendi, & in terminis ita tenet Angel. de Perus. in dist. leg. si cum servo de injuriis. Alexand. de Imol. in addit. a Bartol. in dist. respiciendum. §. final. ff. de pœnis, Jal. in l. 1. ff. de legibus, 2. colum. num. 18. idem Jal. in leg. clam possidere §. qui ad nudinas, ff. de acquir. possess. 14. colum. num. 57. idem Jal. in l. si pater, Cod. de heredit. Insti. 3. colum. idem Jal. ubi reparat singulare, & refert se per hoc liberalisse quendam a magno discrimine in l. si per errorem, ff. de Jurisd. omni. jud. 4. col. 17. Anania sibi contrarius in cap. 2. de maleficiis, 1. colum. Bonifacius in tractat. malef. in tit. de insultu, & percussione, 8. colum. vers. sed qui velles, Platea in §. item lex Cornelia de sicariis, Insti. de public. judic. 3. col. in medio. Sed certe in puncto juris prima opinio Bart. & sequacium est verissima, & iudicio meo sine dubio, cum talis homicida verè fuit in dolo, & dabat operam rei illicitæ, sed quia secunda opinio est æquior, & à tot & tantis Doctoribus approbata, esset tenenda in practica, argumento illius rationis laudabilis quam ponit text. in l. absentem, ff. de pœnis, Cujus verba sunt Sanctius est nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare, & jam ego in causa ardua mihi commissa practicavi, & pro ea facit bene lex 6. tit. 15. 7. part. 8. l. 1. tit. 13. lib. 8. ordin. Advertendum tamen, quod si non daret operam rei illicitæ, offendendo, vel occidendo aliquem contra juris dispositionem, sed in casu licito & à jure permisso, si quis velit, & intendat offendere, vel occidere aggressorem suum, quando ab eo sit provocatus, vel postquam fuerit ei datus pro inimico, secundum formam, text. in leg. 76. in legibus Tauri: si forte tunc prætereuntem, vel mediatorum casu occiderit, non teneatur, sed veniet absolvendus, argumento prædictorum jurium, quæ tantum loquuntur eo casu quo homicida de jure non poterat adversarium occidere, nec offendere, ergo secus erit in nostro casu, quando licitè & iuste poterat illum ex aliqua causa occidere, vel offendere, & in terminis ita tenet Joan. Igneus in leg. 1. §. servi appellatione, ff. ad Syllan. 54. colum. numer. 130. ubi bene loquitur & fundat; nec obstat text. expressus & terribilis in l. scientiam, §. qui cum aliter, vers. sed si defendendi, ff. ad leg. aquil. ubi disponitur; quod si quis dum se defenderet ab aliquo provocante, prætereuntem, vel mediatorum offenderit, vel occiderit, teneatur & debet puniri. Cujus verba sunt: Sed si defendendi mei causa, lapidem in adversarium misero, & non eum, sed prætereuntem percussero, lege Aquilia tenetur, quis ille textus debet intelligi quando defensor erat in aliqua culpa in modo & excessu defensionis, quod patet, quia teneatur lege Aquilia,

Limita.

ergo necessariò præsupponendum est, quod fuit in aliqua culpa saltem levissima, quâ in illa actione venit & consideratur, ut in leg. Aquil. & levissima culpa venit, ff. ad leg. Aquil. imò patet, & probatur ex modo & qualitate defensionis, de qua in illa lege, quia de longè proficiebat lapides in adversarium, idè merito ex illa lege tenetur, & in expresso ita tenet & declarat Phil. Dec. in leg. ut vin ff. de iuste & iure, 5. col. num. 12. & ante eum Angel. de Perus. in aut. leg. si cum servo, ff. de injuriis, quod perpetuò tene mente, tanquam notabile & quotidianum.

Item quartò principaliter quero, si plures occiderunt, vel percusserunt aliquem, an omnes teneantur, vel quis? & quia articulus est necessarius, & quotidianus, volo magistraliter declarare per veras & resolutivas conclusiones. Prima conclusio, quod si plures ex dolo & proposito processerunt contra aliquem, & eum occiderunt, omnes simul tenentur pœnâ mortis tanquam homicidæ, modò omnes eum percusserint, modò aliqui eorum, modò unus tantum; ita probat textus à contrario sensu, in l. si in rixa, ff. ad l. Cor. de sicar. & ibi tenet Gloss. ordinaria, Barr. Angel. de Perus. & Hipp. de Mar. Spec. in tit. de homicidio, 1. col. ver. pone, quod quatuor homines. Platea in §. item lex Corn. de sicar. Insti. de pub. jud. fin. col. Fel. in cap. signifi. asti, el. 2. de homicidio, 4. col. n. 10. probat etiam text. in e. fin. 23. quæst. 1. si. & idem expressè disponit lex 57. in legibus, sibi. Nec obstat si dicatur, quod licet quis procedat contra alium animo occidendi, si tamen de facto non occidat, non teneatur pœnâ mortis saltem ex generali consuetudine, ut supra dictum est: ergo in nostro casu illi qui non percusserunt, non teneantur pœnâ mortis: quia respondeo, quod illud procederet, quando non esset secuta mors, sed in nostro casu & quaestione verè, & realiter est secuta mors, & unus alteri præstitit favorem, & auxilium, & est perinde ac si omnes mortem intulissent, ut in l. unica, vers. fin. autem, C. de rapto virginum, & in l. si quis opem, ff. de furtis, & in l. furti, §. ope, eod. tit. Secunda conclusio, quod si plures non ex proposito, sed motu inter eos rixâ occiderunt aliquem, & constat quod unus eorum percussit, alii verò, non ipse solus tenetur, & idem est si unus eorum dedit vulnus mortale, alii verò dederunt alia vulnera levia, non mortalia, ipse solus tenetur de morte, alii verò tenentur tantum de vulneribus: textus est singularis & expressus in d. l. si in rixa, ff. ad l. Cor. de sicar. Cujus verba sunt: Si in rixa percussus homo perierit, ceteri unicuique in hoc collegiorum contemplari oportet, & ibi tenet Gloss. ordinaria, Barr. & communiter Doct. Saly. in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Jul. de vi, e. col. n. 23. Gandinus in tract. malef. in rubr. de homicidiis, 5. col. vers. item hoc omnia intelligat, Bonifacius in tit. de insultu & percussione, 7. col. in medio, & idem expressè disponit prædicta lex 57. in legibus sibi. Uouum tamen est, quod si nullum vulnus de per se esset mortale, sed omnia simul juncta sic, ex quibus est causata mors, omnes tenentur tanquam homicidæ, & invicem inter se auxilium præstantes, ut probat text. in d. l. si in rixa, juncta communio opinione.

Tertia conclusio, quod si constat quod omnes illi plures percusserunt, quia offensus habet tot vulnera, quod fuit personæ delinquentium, sed unum tantum vulnus est mortale, & non appar-

si plures occiderunt aliquem an omnes tenentur. Concl. 1.

Concl. 2.

Concl. 4.

Concl. 3.

ret, nec constat, quis illud dedit, vel intulit, tunc omnes tenentur pœnâ mortis, ita probat text. notabilis in leg. item Mel. §. sed si servum videris, ff. ad l. Aquil. Cujus verba sunt: (Sed si servum plures percusserint, utrum omnes quasi occiderint, teneantur videmus; & si quidem appareat, cuius ictu perierit ille, quasi occiderit tenetur: quod si non appareat, omnes quasi occiderint, Julianus ait teneri;) & per illum text. ita tenet Gloss. ordinaria in d. l. si in rixa, & ibi Barr. 3. col. in medio, & communiter alii Doct. Dynus in regula in obsequio fin. col. 8. quæst. de regul. jur. in l. si in qui cum telo, Cod. ad l. Cor. de sicar. in fin. Ang. de Perus. in l. quo iam multa facinora, C. ad l. Jul. de vi, 2. col. in fin. Platea in §. item lex Corn. de sicar. Insti. de pub. jud. fin. col. Ang. in add. ad Ang. de malef. n. 4. r. Adrean. auxi. iorem, pen. col. Paul. Grilaudus in tract. de relaxatione carceratorum, in rubr. de absoluteione innocentis, 6. g. 4. vol. Archid. in c. fin. 13. quæst. fin. Anania in c. significasti, el. 2. de homicidio, 1. col. in fin. idem etiam probat text. in l. ita vulnerat, vers. idem, ff. ad l. Aquil. text. in l. 1. §. fin. cum l. leg. ff. de his qui dejer. vel essu, text. in l. 2. §. si quis, & in l. 4. §. hoc edito, ff. vi bon. rap. & in expresso ita disponit l. 59. in legibus, sibi. Sed attende, quod prædicta jura communia loquuntur in actione & pœna civili pecuniaria, non verò in criminali, unde teneo quod isto casu nullus debet puniri pœnâ mortis, sed pœnâ extraordinariâ iudicis arbitrio, cum ictus unicuique jusque debeat contemplari, & ignoretur quis intulit vulnus mortale, ut in d. l. si in rixa, & in expresso ita tenet singulariter Alb. in d. item Mel. §. sed si servum plures, dicens ita fuisse determinatum in civitate Mutinæ de consilio Doctorum Bononiensium, idem Alb. in d. l. si in rixa, 2. col. Cyn. in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Jul. de vi, Gandinus in tract. malef. in tit. de homicidiis, 4. col. Bonifacius in tit. de insultu, & percussione, 7. col. ve. l. sed quid si in rixa, Alex. notabiliter & melius quam alibi, in cons. 15. 1. vol. & istam sententiam & opinionem ego sequor, tanquam æquam, & veram, quæ aperit fundatur ex superioribus, neque obstat prædicta l. sibi, quia illa procederet probatâ consuetudine, non aliâ. Item non obstat quod isto casu videatur omnes teneri tanquam opem, & favorem præstantes: quia respondeo, quod ad hoc non fuerunt ex proposito coalatnati, sed casualiter ex superveniente rixa, unde merito non tenentur argumento text. in l. 1. §. homines ff. vi bon. rap. Quarta conclusio, quod l. si unus tantum vulneravit, & hoc constat, quia offensus, vel occisus unicum tantum vulnus habet, & non conitat nec apparet qui illud intulerit, tunc nullus tenetur, sed omnes liberantur à pœna mortis, licet possit iudex eos suo arbitrio punire: cuius ratio est, quia cum ille tantum qui dedit vulnus, deberet teneri, & puniri pœnâ mortis, & non alius, ex eo quod ictus cuiuslibet contemplari debeat, ut in d. l. si in rixa, ergo si non potest constare quis sit ille, qui dedit vel intulit illud vulnus, nemo debet teneri, quia aliâ innocentis puniretur, quod esse non debet: argumento text. in leg. absentem, ff. de pœnis, Cujus verba sunt: Ino sanctius est nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare; & ex isto fundamento, & ratione istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. singularis & unica in leg. item Mel. §. sed si servum videris, ff. ad l. Aquil. in gloss. 1. & ibi Alber. Bal. & Flor. tenet etiam Barr. in d.

l. si in rixa, ff. ad l. Cor. de sicar. 1. col. in fin. & ibi Alber. 2. col. idem Angel. in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Jul. de vi, 2. col. in fin. & ibi Saly. pen. col. in medio. Spec. in tit. de homicidio, 1. col. vers. pone quod quatuor homines, Anania, in c. significasti, el. 2. de homicidio, 8. & 10. col. & ibi Felinus 3. col. num. 9. Arch. in c. fin. 23. quæst. fin. Joan. Ign. in l. 1. §. si quis in villa, ff. ad Syllan. 22. colum. num. 52. August. de Arimin. in ad. li. ad Ang. de maiest. in parte Andre. in aux. lia. orem, ante, colum. Platea in §. item lex. Cor. de sicar. Insti. de pub. jud. fin. e. lam. Hippolytus de Maf. notabiliter in rubr. C. de probat. fal. 20. num. 418. idem Hippolytus in leg. 1. ff. ad Cor. de sicar. 9. colum. num. 90. Anchar. in eod. 16. Alexand. in consilio secundo, 7. vol. & in terminis idem disponit l. 57. sibi & certe istum casum jam habuit in practica in hac civitate Salmanticensi in persona cuiusdam pauperis, & per supra dicta auxilio divino, & maximo labore meo eum liberavi à pœna mortis. Ex quibus omnibus collige, quod est utilis, imò necessaria practica, ut iudex maleficiorum in hoc crimine homicidii semper faciat describi per Notarium causæ, quæ vulnera offensus & occisus habeat, & in qua parte corporis, & magnitudinem, & qualitatem eorum, ut sic appareat, & possit constare, an omnes delinquentes, vel quis eorum, vel nullus debeat puniri.

Item etiam principaliter quero, an homicida ultra pœnam amittat, quod teneatur criminaliter pœnâ mortis, teneatur etiam civiliter ad interesse ipsi occiso, & hæredibus ejus? & breviter dico quod sic, quia regula, & conclusio generica est, quod ex quocunque crimine publico oritur actio criminalis ad vindictam, & actio civilis in factum ad interesse, vel dampnum, parti applicandum, textus est singularis in l. qui no nine, ff. ad l. Cor. de falsis, quem ad hoc notat & commendat ibi Barr. Alb. & communiter Doct. antiqui Gloss. ordinaria in l. defuncto, ff. de pub. jud. & ibi Doct. Bartol. in l. infamem, eod. tit. 1. colum. n. 4. & ibi Imol. & alii Doct. idem Barr. in l. 2. §. hoc edito, ff. vi bon. rap. 2. colum. & 2. oppos. & ibi alii Doct. & illum textum ad hoc reputat singularem Ang. de Perus. in l. querela, Cod. de falsis, in fin. facit etiam textus in l. quicquam, ff. pro socio, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doct. antiqui. Ex quibus deducitur, & inferitur, quod hæredes occisi possint agere prædictâ actione civili in factum contra homicidam pro expensis factis in ejus cura, & pro operibus quibus curavit defunctus, si forte erat officialis, & similiter pro omni alio interesse, vel dampno sibi ex morte contingenti; & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. singularis in l. qua actio, §. si quis in collatione, ff. ad l. Aquil. & ibi Olofr. & alii Doct. antiqui, Azor in summa, C. d. l. Aquil. 3. col. Rotied. in libellis suis, in rub. de actioe directæ legis Aquil. 3. colum. num. 10. vers. item quare dominus meus, Spec. in tit. de injuriis, §. sequitur, 1. colum. vers. sed non quid pro libero homine. Abb. Panorm. in l. 1. de injur. 2. col. n. 6. Sed advertendum, quod ista conclusio & illatio non videtur vera. Primò, quia pœna pecuniaria descendens ex delicto, non transit ad hæredes lite non contestatâ ut in l. ex iudiciorum, v. f. ff. de accus. & in l. unic. Cod. ex delicti defunctorum, & utrobique communiter Doct. Secundò, quia ista actio civilis pro expensis, dampno, vel interesse, videtur competere accessoriè, & inci-

37

Homicida ultra pœnam amittit, ut teneatur ad interesse hæredibus occisi.

Argum. 1.

Argum. 2.

dentur



denter ratione ipsius delicti ; sed jus accusandi non transit ad hæredes jure hæreditario, sed competit, ut culibet de populo, ut in toto tit. ff. de pub. f. d. ergo nec ista civilis in factum accessoria ; & in expressio ita tenet Alb post antiquos, licet sic non funder in l. qua actio, §. si quis in coheretione, ff. ad l. Ag. il. si. q. Sed ego teneo primam sententiam & illationem : neque obstant jura adducta in primo fundamento: quia respondeo quod procedunt quando moritur ipse reus delinquens ; secus vero si moriatur ipse actor, qui passus est damnum, vel offensam, quia tunc etiam lite non contestata actio civilis pecuniaria transit ad ejus hæredes, text. est in l. 1. §. hæredes, ff. de priv. delict. text. in l. hac actio, ff. quod met. caus. text. in l. hac actio ff. de culum. text. in l. injuriam actio, la. 1. ff. de injur. text. in l. inde natus, §. si infans, ff. ad leg. Aquil. text. in leg. non autem omnes, Inst. de perpet. & temp. act. neque obstat etiam secundum fundamentum quia respondeo quod isto casu ista actio civilis in factum pro damno, vel interesse non competit accessorie & incidenter, sed principaliter, & de per se, ut aperte probat text. in d. l. qui nomine, ff. ad l. Cornel. de fal. & ita volunt aperte Doct. in locis supra allegatis.

38 Interesse defuncti qualiter æstimetur.

Juxta quod tamen utiliter & necessario quæro præsupposito, quod hæredes occisi possint agere civiliter contra homicidam pro damno, vel interesse & operibus, quibus caruit defunctus. si forte erat officialis, ut supra proxime dictum est, & qualiter & pro quibus annis æstimantur illæ operæ cum incertum sit, pro quod tempus viveret; & certe iste articulus est valde dubius, & non clarè decisus in jure nostro; & videtur quod prædictæ operæ æstimantur usque ad centum annos, cum de jure tantum quis præsumatur vivere ut in l. fin. C. de sac. Eccl. & in l. an usufructus, ff. de usufr. & in aurb. ut Ecclesia Romana, §. 1. col. 2. & isto fundamento, & ratione istam sententiam, & conclusionem tenet Florian. in l. fin. ff. de his qui de jec. vel effuder. Jal. in l. cum qui ira, col. n. 11. ff. de ver. obl. Roder. Soares in repet. l. quoniam in prioribus, C. de inof. test. fol. 12. col. vers. se. cundo inferitur ex hoc. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum & judicandum, imò quod fiat æstimatio, & computatio vitæ & annorum, secundum dispositionem text. in l. hac. d. ff. ad l. Falc. quem text. in suo casu reputat singularem & unicum ibi Bart. Imol. Alex. & Vinc. & reputat mirabilem Alb. & in terminis per illum text. istam sententiam & conclusionem tenet Spec. in tit. de injur. §. seq. 2. col. vers. sed usque ad quod tempus, Rosed. in l. libel. i. sus in rub. de actione directo l. Aquil. 9. col. n. 13. Alb. in l. ex hoc lege, ff. si quadr. pauper. feci. dica. Fab. Ang. & Platea in §. 2. Inst. de oblig. qua ex quasi delict. nasc. Palat. Rub. in repet. rubr. de don. int. vir. & uxor. fol. 14. & 23. 1. col. vers. & hoc inferitur unum quotiennium, & idem videtur tenere Bal. in l. hi, §. nihil ff. de tra. f. ubi dicit quod dispositio text. in d. l. hæreditatum, non solum habet locum in casu quo loquitur, sed etiam generaliter in omnibus actibus hominum; ita Summa Angelica in verbo restitutio. 1. 11. col. vers. homicida, & ante eos hoc voluit Gloss. ordinaria in d. l. 1. cum hi, §. modus, ff. de transf. & ibi Angelus & alii Doct. Gloss. etiam in l. g. omnium, la. 2. ff. de usufructu, licet Imola, Alexand. & Vincent. in d. l. leg. hæreditatum, videantur tenere superiorem primam opinionem, in quantum volunt quod dif-

positio textus in d. l. leg. hæreditatum, tantum procedat, & habeat locum, in æstimando legato alimentorum propter detractionem legis Falcid. non vero in aliis casibus, quia aliis semper fit æstimatio & computatio usque ad centum annos. Adde tamen, quod si occiderit ad sui defensionem licet modum defensionis excedat, non tenetur istud damnum, vel interesse solvere, ita Summa Angelica, in dicto loco: vel melius dicas, quod hoc casu licet in totum non tenetur, tamen in aliquo iudicis arbitrio propter excessum, & est de mente Angeli in dicta Summa: si vero offensus non sit occisus, sed remaneat vivus, tunc fiet æstimatio & comparatio, ut delinquentem teneatur ei solvere operas, quibus cariturus est annuam, quotlibet anno quo vixerit, ut dixi & declaravi infra in ista materia delictorum in delicto injuria.

Item sextò principaliter quæro, si quis mandavit alteri quod occideret, vel aliud delictum committeret, qualiter ipse mandans & mandatarius tenentur? In quo breviter & resolutivè dico, quod si homicidium, vel delictum sequatur, vel consumatur, uterque tenetur pena ordinariâ delicti, text. est in l. non solum, §. mandato, ff. de injuriis, text. in leg. lex Corn. §. fin. eod. tit. text. in l. 1. §. de jectis, ff. de vi & vi armat. text. in leg. non ideo minus, Cod. de accusat. text. in leg. penul. Cod. si reus vel accusat. mort. fuer. text. in leg. servus, C. ad leg. Jul. de vi text. in leg. in d. d. unum §. ff. de reg. jur. text. in leg. hoc jure, vers. 1. eodem tit. Nec obstat si dicatur, quod rei turpis nullum est mandatum, nullus contractus nullaque actio, vel obligatio, leg. si vennerit, §. si passus, vers. fin. ff. mandati Cujus verba sunt: Rei turpis nullum mandatum est, &c. & in leg. a reo, §. fin. ff. de fidej. quia debet intelligi, quoad actionem patiendam, in eo mandantem & mandatarium, sed non quoad actionem vel accusationem patiendam ei, in cujus præjudicium mandatum fecit, ita Bart. in d. l. leg. non solum, §. si mandato, prima columna, & 1. oppos. ff. de injur. & ibi communiter Doctores, Jacob. Bart. Salyceus, & alii Doctores in leg. non ideo minus de accusat. & isto casu mandatarius tenetur ex ipso delicto, & mandans tenetur etiam ex ipso delicto, propter mandatum: non tamen principaliter ex mandato. Ex quo inferitur primò, quod in accusatione debet poni locus, & tempus commissi delicti: non vero locus, & tempus mandati secundò, quia inspicitur locus, & tempus delicti, quoad penam augendam, vel minuendam. Tertio, quod mandatum debet puniri in loco delicti commissi, non vero in loco ubi mandatum est. Quarto, quod tempus accusationis, & querelæ currit à tempore commissi delicti, & non à tempore mandati, ita probat textus in l. si quis uxori §. nec verbo, ff. de furtis. Cujus verba sunt: Qui ve, & opem forte, vel consilium dare tunc nocet, cum sentia contractus est, & ibi Doctores, text. in leg. qui servo eod. tit. per quæ jura ita tenet Bart. in d. l. leg. non solum, §. si mandato, ff. de injur. 2. col. n. 9. Angelus de malef. in parte, Sempronium mandatorum, 7. col. vers. septimo queritur: quod notabiliter extendit etiam delictum ex maximo intervallo sequatur quia semper præsumitur delictum esse commissum virtute præcedentis mandati ita singulariter Innoc. in cap. ad audientiam, de homicidio, 1. col. num. 1. & ibi Anchar. Anania, & alii Doctores, tenet etiam Bartolus in d. l. leg. non solum, §. si mandato, tertia columna.

39 Mandans & mandatarius qualiter in crimine homicidii tenentur.

40 Mandans homicidii non tenetur, si revocavit mandatum.

41 Mandatarius an tenetur etiam non secuto delicto.

num. 2. Bald. in leg. non ideo minus, C. de accusat. fin. columna, & quasi. & ibi Salyceus quarta columna, numero 14. Nec obstat, quod in dubio semper videtur actus gestus potius nomine proprio, quam alterius, nisi expresse dicatur quod gerit pro alio vel nomine alterius, vel tanquam ejus procurator, ut in l. 3. §. & si pro tutore, ff. iudicatum solvi, & in l. fin. ff. de institutio, & in leg. quacunque, ff. de Procur. & in leg. Papinianus, ff. mandati, & in leg. cum post, §. 1. ff. de administr. int. & in leg. & magis, ff. de solut. & utrobique communiter Doctores, & tradit plenè & magistraliter Bart. in leg. 1. §. nunciatio, ff. de oper. nov. num. 2. columna. n. 12. & ibi communiter Doctores: quia notabiliter respondeo, quod illud habet locum in civilibus causis, in quibus actus non potest competere, nec convenire nisi uni; secus tamen est in delictis, in quibus potest uterque teneri. Item & secundò, quia in delictis vertitur odium, & non gratia, vel favor. Ideò contra utrumque sit interpretatio, ut uterque tenetur. Item & tertio quia cum delictum procedat ex rancore, & inimicitia, non est præsumendum, quod ratione sue persone fecit, sed mandatis unde uterque tenetur. Adde tamen quod si mandans revocavit expresse mandatum ipsi mandatario, & nihilominus mandatarius fecit, & commisit delictum, non tenetur mandans, argumento textus junctâ Glossa ordinaria & communii opinione in cap. quicunque, de sent. excomm. l. 6. idem est, si tacite revocavit, quia mandans fecit pacem cum inimico, & hoc pervenit in notitiam mandati, argumento, l. 3. §. fin. cum leg. seq. ff. de adim. legat. quod adhuc notabiliter extendit, etiam si talis revocatio expressa, vel tacita non intimetur, nec notificetur ei, in cujus præjudicium erat factum mandatum. Ita tenet Innoc. in d. cap. ad audientiam, de homic. l. col. & ibi Anch. 2. col. Anania 4. col. quasi. Bart. in d. leg. non solum, §. si mandato, 3. col. n. 12. Alberic. in l. non ideo minus, C. de accusat. 2. col. & ibi Baldus fin. col. & quasi. Salyceus. 4. col. n. 14. Flor. in leg. l. homo, la. 2. ff. ad leg. Aquil. 2. col. Angel. de malef. in parte Sempronium mandatorum, 6. col. vers. 5. querit Bart.

42 Dubium tamen est in hac materia, an mandans tenetur etiam in hac materia allegata.

tarius qui suscepit mandatum, aliquo casu excusetur: & resolutivè dico quod si loquitur in his, quæ sunt à jure prohibita, & mandatarius non est persona subiecta ipsi mandanti, nunquam excusatur; si vero illud quod mandatum non est simpliciter prohibitum, licet mandanti non esset licitum nec permissum, ut si mandavit aliquid facere in fundo alieno, & mandatarius hoc fecit ignoranter, excusatur, & nullâ penâ tenetur; ista est Gloss. singularis in leg. in rem actio, §. signum, ff. de rei vend. quam, ibi ad hoc notat & commendat Bart. & communiter Doctores, & utilissima secundum eos pro columbibus terram de mandato aliorum, & fabricis edificantibus ignoranter in edificiis alienis de mandato alioquos; & illam Glossam reputat singularem Imola in l. de pupillis, §. si quis forte, ff. de oper. nov. num. in fin. Alexand. & Modern. in §. nunciatio, ff. de usu legis; si vero quod mandatur, est de genere prohibitorum, sed mandatarius est persona subiecta ipsi mandanti, ut filius, servus, uxor, famulus pupillus, vel adultus, qui subest potestati tutoris vel curatoris, tunc in gravibus & atrocibus delictis non excusatur, quia in talibus debuit parere, textus est in leg. servus, la. 1. ff. de act. on. & oblig. Cujus verba sunt: Servus non in omnibus rebus sine parâ domini dicto obediens esse solet, sicut si dominus hominem occideret, aut furum aucti facere, servum iussisset, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores: textus in leg. si mulier, §. si servus, in fin. ff. ver. auct. textus in l. 5. tit. 15. 7. part. adeo quod in mandato Principis, vel Imperatoris non est parendum, imò melius est cuncta mala pati in bonis & personâ, quam ei consentire, textus in cap. Diminus ea jubet, 11. quasi, 3. ubi dicit textus, si bonum est quod præcipit Imperator, jubentis exequere voluntatem; si malum, respondeo, oportet Deo magis obedire quam hominibus; textus in cap. qui resistit, ea causa, & quasi. & quasi per totam questionem: in levibus vero delictis bene excusatur talis persona subiecta, textus est notabilis in leg. liber homo, la. 2. ff. ad leg. Aquil. Cujus verba sunt: Liber homo si iussu alterius damnum injuria dederit, actio l. Aquil. cum eo est, qui iussit, si modo jus imperandi, habuit; quod si non habuit, cum eo agendum est, qui fecit; & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria, Albericus, Bald. Florian. & communiter Doctores, textus in leg. ad ea, qua non habent atrocitatem, ff. de reg. jur. textus in leg. is damnum, eod. tit. textus in leg. non videtur, §. qui iussu, eod. tit. textus in leg. is qui in puteum, §. si tutoris, ff. quod vi aut clam, textus in d. l. leg. 5. tit. 17. 7. part. & adde quod in illa materia qualibet injuria, vel offensa personalis dicitur delictum atrox, ut mandatarius non excusatur. Ita Bart. in d. l. leg. non solum, §. si mandato, 2. col. num. 7. quod est singulare secundum Angel. de malef. in parte Sempronium mandatorum, 4. col. & 4. quasi. Unde si talis persona subiecta offenderit baculo, vel manu vacua de mandato ejus cui debet obedire, non excusatur. Unum tamen est, quod licet talis persona subiecta, quæ suscepit mandatum, non excusetur in gravibus & atrocibus delictis, tamen miris debet puniri, & non penâ ordinariâ delicti. Ita probat textus in leg. servus, Cod. ad leg. Jul. de vi, & ibi tenet Gloss. ordinaria, Cynus, Jacobus, Burr. Albericus, Baldus, Angelus, Salyceus, & communiter Doctores, & per illum textum ita tenet

Dubium.

In quitus non est parandum dominis.

N Gloss.



Gloss. ordinaria & expressa in dist. leg. servus, la 1. in gloss. fin. ff. de alion. & oblig. alia Glossa in leg. ad ea qua, ff. de reg. jur. tenet etiam Alberic. in 1. lib. homo, la 2. in fin. ff. ad leg. Aquil. Salycetus in leg. non ideo minus, C. de accusat. 3. colum. num. 10. Angel. de malefic. ubi reputat singulare in parte Sempronium mandatore, 4. col. & quest. & probat aperte textus in l. 8. tit. 10. 7. part. & hoc semel practici in quadam muliere, qua de mandato mariti, auxilium ei praestitit, in falsa moneta fabricanda.

Casus notabilis.

Maritus non potest mandare occidi adulterium.

Si vero illud quod mandatur, est de genere prohibitorum, sed ex aliqua causa est permittum ipsi mandanti, ut occidere adulterum, vel adulteriam in flagranti crimine, tunc etiam illud non potest committi aliis nisi solis filii textus est in leg. C. abus, C. ad leg. Jul. de adult. & ibi tenet Gloss. ordinaria, Odofredus, Cynus, Angelus, Salycetus, & communiter alii Doctores, & per illum textum ita tenet Bartol. in d. leg. non solum, §. si mandato, secunda columna, num. 5. Salycetus in leg. non ideo minus, de accusat. tertia columna, numero 10. Ex quo notabiliter infertur, quod licet ille cui est licita & permilla offensa, vel vindicta propria auctoritate, possit eam committere, vel demandare alteri, ut est Gloss. singularis & unica in leg. cum fundum, ff. de vi & vi armata, & ibi Doctores, tamen bene poterit committere, & demandare filii propter identitatem personarum: de quo articulo dixi latius in delicto adulterii. Item praedicta intellige, quando mandatarius commisit delictum nullo pretio, vel pecunia interveniente, secus vero alias, quia tunc gravius punitur uterque tam mandans, quam mandatarius, ut dixi & posui supra in isto delicto.

43 Persuasor tenetur auctor mandator.

Item adde, quod nedum mandator tenetur securo delicto led etiam tenetur persuasor, seu consulator, inter quos ista est differentia: quia mandator dicitur ille, qui propter seipsum & ejus contemplationem mandat delictum fieri: persuasor vero vel consulator dicitur ille, qui consilium vel persuadet alicui, ut committat delictum, & hoc facit contemplatione ejus cui sit persuasio, vel datur consilium; textus est in dist. leg. non solum, §. si mandato, vers. Alibi dicitur, ff. de injur. Cujus verba sunt: Attilianus autem ait, & si persuaserim alicui alius volenti, ut mihi ad injuriam faciendam obediret, posset injuriam mecum agi, textus in l. qui servo, ff. de fur. textus in leg. si quis uxori, §. nec verbo, cod. tit. textus in leg. sicut, vers. fin. ff. de verb. sig. text. in leg. consulti, ff. de reg. l. jur. textus in leg. hac verba, ff. ad leg. Jul. de adult. textus in leg. 1. §. incidit ff. ad Turpil. textus in l. 3. in fin. Cod. ad l. Jul. majest. textus in cap. si quis riana, 50. dist. textus in cap. sicut dignum, §. qui vero de homic. textus in cap. nullus, de reg. jur. lib. 6. textus in cap. felicitis, de pan. textus in elem. 1. de pan. & tenet Bartol. in dist. leg. non solum, §. si mandato, 1. col. & quest. & 3. col. n. 16. Gloss. ordinaria in §. interdum, vers. cum ope, & consil. Inst. de obl. qua ex delict. nos. & an isto casu debeat fieri distinctio, si effectus facturus, vel non, vide in praedictis locis.

44 Persuasor malefici non excusatur licet revocaverit consilium.

Adde tamen in hoc, quod licet mandans non teneatur postquam revocavit mandatum expressum, vel tacite, si revocatio perveniat in notitiam mandatarii: tamen persuadens & consiliens non excusatur, licet revocaverit persuasio-

nem, vel consilium; sed oportet omnino facere, quod non sequatur maleficium, vel quod denunciatur ei, in cujus personam debebat maleficium committi. Cujus ratio est quia mandatum fit tantum gratia mandantis. Unde verisimile est, quod revocato mandato, non fiet delictum: sed persuasio, vel consilium datur, & fit gratia accipientis: unde si semel concepit in animo facere, difficulter desistit, unde ibi non sufficit simplex revocatio; ita notat Innoc. in cap. ad audentiam, de homicid. 1. columna, rum. 2. & ibi communiter Doctores, Bartolus in dist. §. si mandato, fin. col. per. quest. Baldus in leg. mandatum, C. id. mandati, per. col. & quest. Salycetus in l. unius, Cod. de rapin. virg. 5. columna, num. 26. Angelus de malef. in parte Sempronium mandatore, ven. col. vers. 21. quare, Paul. Grilan. in tractat. de penis in servam cor. 45 Mandatarius tenetur, 10. quest. 4. columna, n. 24. Item adde quod nedum potest quis alteri mandare expressum, ut committat delictum: sed tacite & per conjecturas. Unde si quis iratus & precedente odio, vel rixa cum aliquo, dixit filio, servo, famulo, & amico, vade, & non revertaris domum meam donec aliquid novi sentiam in hoc negotio, vel similia verba protulit, & ille abiit & recessit, & occidit, vel offendit inimicum mandantis tenetur ipse mandans ex tali delicto, quia visus est ei mandasse, ut committeret. Ita expressum tenet Bart. in leg. si quis mihi bona, §. sed quid si Mandatarius ff. de acquir. hered. arguendo illius textus, & dicit Bartolus quod ita fuit servatum Florentiae in contingencia facti, & amputatum fuit caput cuidam militi, qui talia verba protulit, & illam sententiam & conclusionem Bart. tenet ibi Baldus, & Angel. Imol. Paul. de Castr. Rom. Aret. & communiter Doctores, Baldus in cap. veritatis, de dolo & contum. 2. columna, n. 5. Abbas in c. penne cleric. vel monach. per. tit. co. num. 20. Idem Abbas in cap. ex literis, de excep. prelat. & ibi Anchar. 2. 10. Felip. in cap. Petrus, de homicid. 2. colum. num. 5. Angelus de malef. in parte Sempronium mandatore, 21. quest. & ibi ejus additionator. Quod tamen limita, & intellige ex qualitate injuria, vel offensa recepta: nam si injuria, vel offensa erat gravis, quae requirit vindictam mortis, vel aliam gravem injuriam (videatur mandasse inimicum occidi, vel offendi: si vero erat levis, non videtur mandasse, nisi fieri aliquam aliam levem offensam in recompensam prioris, & sic tali casu de homicidio non tenebitur, argumento text. & eorum quae ibi notantur in leg. ut vim, ff. de justit. & jur. & in l. 3. §. exim. inquit, ff. de vi & vi armat. & in l. 1. Cod. unde vi, & in leg. scientiam, §. si quis cum aliter, ff. ad leg. Aquil. ubi habetur quod semper defensio debet fieri attentam qualitate, vel offensa recepta, & ita tenet & declarat Lud. Rom. in dist. leg. si quis mihi bona, §. sed quid si mandavis, & ibi Aret. Jason, fin. colum. rum. 21. Alexand. in l. 1. Cod. de his quibus indig. 2. colum. num. 6. Jason, in leg. Cod. de servis fug. 5. colum. rum. 31. Angel. de Arim. in addit. ad Ang. de malef. in parte Sempronium mandatore, super 21. quest. Advertendum tamen, quod praedicta sententia & conclusio, quae habet, quod praedicta verba proferens videtur mandasse, ut fiat homicidium, & tenetur ex eo videtur valde dubia, cum certum sit, quod in criminalibus non debet puniri quis poena ordinaria delicti, quando probatio non est certa & liquida, sed

Casus Notabilis

Limita.

Conclusio.

sed dubia & conjecturata, ut eleganter tenet Innoc. in cap. quia verisimile, de presumpt. & ibi communiter alii Doctores; ergo in nostro casu & questione iste qui talia verba protulit, non debet teneri poena ordinaria delicti, imo nec poena corporali, sed tantum extra ordinem, iudicis arbitrio, & ista consideratione valde dabitur Jason de ista sententia & conclusione, in d. §. sed quid si mandavi. Idem Jas. in dist. l. 1. ff. si occidit, peratur col. 5. n. 21. Idem in l. 1. Cod. de servis, fug. 5. col. n. 28. Sed iudicio meo superior sententia & conclusio videtur vera, & eam sequor: nec obstat consideratio contraria Jasonis, quia procedit & habet locum quando probatio delicti est dubia, & verè & plenè non constat de ipso facto & delicto. Sed in nostro casu bene & aperte constat de ipso delicto secuto, & de ipso mandato ipsius mandantis, quod licet sit generale, tamen de jure habet virtutem, & effectum mandati specialis, & jure nostro tantum valet generica dispositio, quoad genus, & quoad ea quae possunt comprehendi sub genere, sicut particularis dispositio, quoad speciem, ut in leg. precibus, Cod. de impub. & alii subit. & l. centurio, & in l. Lavinus, cum materia, ff. de vulg. & pupil.

46 Mandatarius ex quibus conjecturis praesumatur.

Item etiam adde, quod si quis erat inimicus alterius, allocutus est secreta aliquem ad aures, & in continenti ille cum quo locutus fuit occidat, vel offendat inimicum ejus, ex hoc videtur mandasse homicidium, vel offensam fieri, & perpetrari, quia ex celeritate actus, his simul junctis praesumitur mandatum praecessisse, & sic tenebitur, argumento text. in leg. si ventri, §. fin. in fin. de priv. cred. textus in l. 1. §. quae overande, vers. & in summa, ff. quar. ver. ultio roneo. textus in leg. fin. ff. si in qui restam, liber esse iust. erit, text. in leg. sed Juliamus, §. sed & si filius, ff. ad Maced. textus in leg. dubium, Cod. de repud. textus in cap. officii, vers. si extra, de ejus. & ex isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenet expressè Bartolus in d. leg. si ventri, §. fin. in fin. ff. de priv. cred. & ibi Angel. de Perus. Raph. Cuman. & Alexand. in addit. ad Bart. Bald. in leg. 1. Cod. de servis, fug. 3. col. rum. 10. Idem Bald. in cap. de iustis, 2. colum. numero 5. de dolo & contum. tenet etiam additionator Abb. in cap. ex literis super 3. nor. de except. priv. Feli. in capite Petrus, 2. colum. num. 5. de homic. Hippolyt. de Marsil. ubi reputat singulare in l. 5. §. praeterea, 7. columna, numero 27. ff. de quaest. Idem Hippolyt. in consil. suis, cons. 3. n. 8. confirmator ex sententia Bartol. in leg. post contractus, 3. colum. numero 8. ff. de donat. & ex doctrina & sententia Bald. in leg. eam, 10. col. numero 44. de fidei commissis, & ejusdem Baldi in leg. si praedium, C. de praed. nino i & ejusdem Bald. in leg. 1. C. de edil. act. penult. colum. num. 12. Adde tamen, quod hoc casu ille, qui locutus est ad aures, non punitur poena ordinaria delicti, nec adhuc poena corporali, per ea quae supra proxime dixi.

\* Advertendum tamen quod ista opinio videtur contraria his quae proxime dixi: imò videtur, quod teneatur iste ad poenam ordinariam. Et certè ista opinio videtur vera & tenenda, quia superior procedit, vel dic quod sufficiat ad torturam & habet locum quando mandatum praecessit & intervenit per verba generalia: ista vero habet locum & procedit, quando nullum mandatum probatur praecessisse in specie vel genere, sed

tantum quaedam praesumptio vel suspicio per secretam locutionem ad aures, sufficit tamen ad torturam.

Item septimò, & principaliter quæro, si quis est offensus ab alio, & consanguineus, famulus, vel amicus ejus eum occiderit, vel offenderit, an primò offensus ex hoc teneatur, si contra eum non probetur aliquid mandatum expressè, vel tacite intervenisse: qui articulus est notabilis, & quotidianus, in quo breviter dico, quod non tenetur.

Argum. 1.

Primò, quia hoc casu deficit omnis probatio contra eum, ergo nullo modo debet teneri, maxime in criminalibus; argumento text. in leg. qui accusare, Cod. de edendo, textus in leg. sing. Cod. de accus. textus in leg. ante quid a se verat, Cod. de probat. cum similibus. Secundo, per text. notabilem & expressum in cap. quia praesulatus, Argum. 2.

1. quest. & juncta Gloss. & communi opinione ubi dicit, quod si parentes offensus graviter petuissent inimicum ejus: non tenetur ipse offensus, si contra eum non fuerit probatum mandatum, vel quid aliud ex quo teneatur. Tertio per text. in cap. Petrus, extra de homicid. juncta Gloss. Argum. 3.

& communi opinione, ubi si conjuncti vel amici dixerunt coram injuriato, le velle sumere vindictam pro eo, tenetur si non prohibuit, alias si prohibuit & fecit quod in se fuit non tenetur: ergo si abique ejus scientia & notitia ipsi fecissent, non tenentur. Quarto, per textum in cap. sicut ius de simon. ubi habetur, quod si consang. Argum. 4.

inequus, vel amicus alicujus electi ad dignitatem dedit pecunias pro eo ad eam obtinendam, non tenet ei, si non intervenit ejus scientia: vel si Argum. 5.

intervenit, & prohibuit. Quintò per text. in c. cui ad sedem, de res. spol. juncta Gloss. magistrali in medio & communi opinione, ubi habetur, quod ex spoliatione facta per consanguineos, amicos, vel famulos, non tenetur quis nisi probetur mandatum, vel ratihabito, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Baldus, ubi reputat esse menti tenendum in leg. ad invidiam, in fin. Col. de servis, fugit. 4. colum. num. 5. extra de dolo & contum. Specul. in tit. de legat. §. infra 1. 6. colum. num. 53. vers. quod si amici mei, Rom. in leg. de pupillo, si quis ipsi pratori, 1. colum. ff. de oper. nov. nux. & ibi notabiliter Alexand. 9. colum. numer. 24. Jason, 9. colum. numer. 14. qui respondent ad Bart. ibi 4. colum. num. 20. quest. qui videtur tenere contrarium, tenet etiam Summa Angelica in verbo homicidium, §. 20 singulariter, & melius quam alibi Felyn, in capite Petrus, extra de homicidio, 1. colum. num. 20. Limita.

quod non a libere limita praeterquam si talis offensus vidit, scivit, vel cognovit eos velle occidere, vel offendere, quia teneatur ex eorum facto si potuit prohibere, & non prohibuit, argumento textus in leg. 1. 3. & 4. ff. de noxal. textus in leg. 3. vers. item his ff. ad leg. Cornel. de sear. textus in capite consilium, el. 1. de testibus, & ibi Abb. & communis opinio, & in terminis ita tenet Baldus in cap. veritatis, de dolo, & contumacia, 2. colum. num. 5. Alexand. & Jason, in leg. de pupillo, §. si quis ipsi pratori, ff. de oper. nov. nux. Faber, in §. Institut. de noxal. 2. col. Felyn. in capite Petrus, de homicidio, 2. colum. num. 6.

\* Ex quibus notabiliter potest inferri, quod si quis insequatur mulierem causâ libidinis, vel realiter ad eam habuerit accessum, & ostendat vel occidat alium, quem habet suspectum, de ea non tenetur mulier, & ita dixi & consului de facto \*

47

Argum. 1.

Argum. 2.

Argum. 3.

Argum. 4.

Argum. 5.

Limita.